



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 2. Deus, omnia est omnibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

tio, error, cæcitas, insania est, quærere v-
bique vel solatia, vel auxilia, & ignorare,
aut obliuisci eum, in quo sunt omnia; immo
etiam à quo sunt omnia, qui & est omnia in
omnibus.

§. II.

Deus omnia est omnibus.

De Protheo, versipelle falsoque Deo,
quem alij Vertumnium appellauerunt, Pro-
pertius ita cecinit:

Propert.
lib. 4.
eleg.

Opportuna mea est cunctis natura figuris:

In quamcumq; voles, verte, decorus ero.

Hebr. 4.
18.

Multò veriùs hæc de vero Deo canas: in om-
nibus periculis, in omni necessitate, est op-
portunus. *Adeamus ergo cum fiducia ad thro-
num gratiæ: ut misericordiam consequamur, &
gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* A-
memus v̄bique pulchrum. Pulcher est in pul-
chro Mundo, quem condidit; pulcher in po-
tentia; pulcher in misericordia; pulcher in
æquitate; pulcher in cælo; pulcher in terra;
decorus in Virginis utero; decorus in iu-
mentorum stabulo; decorus in cunis; deco-
rus in templis; decorus in spinis, decorus in
ipsa crucis deformitate: potens verbo, po-
tens facto. Pete ab eo, quidquid à Deo peti
potest, & (si quidem tibi proderit) scito, te
impe-

impetraturum. Accusant te homines? premunt aduersarij? ad illum recurre, & audies: *Quoniam in me sperauit, liberabo eum; protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.* Sic sperantes Apostolos à calumnijs Pharisæorū liberauit, quando esurientes cæperunt vellere spicas, & manducare, & Pharisei uidentes dixerunt ei: *Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere sabbathis: Tunc enim dixit eis: Non legistis, quid fecerit David: quando esuriit, & qui cum eo erant: quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neq; his, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege, quia sabbathis sacerdotes in templo sabbathum violant, & sine crimine sunt. Dico autem uobis, quia templo maior est hic. Si autem sciretis, quid est: Misericordiam uolo, & non sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes.* Eodem pacto protexit illos, quando accesserunt ad eum ab Ierosolymis Scribe & Pharisei, dicentes: *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lauant manus suas, cum panem manducant.* Nimirum sic Deus iudicat, ut malè iudicantes damnet; & cum nemo est, qui defendat innocentes, ille patrocinium eorum suscipit.

Quod

Psal. 90.
14.

Matth. 12.
1.

1. Rég. 21.
4.

Matth.
15. 1.

Quod qui credit, vndique linguis appetitus ;
libenter ad illum recurrens dicit : *Redime me*
Pfal. 118. *à calumnijs hominum.*

§. III.

A consanguineis deserti, à Deo non dese-
runtur :

Quid, quòd ab ipsis etiam amicis, cogna-
tis, fratribus ac parentibus deserti, à Deo nò
deseruntur? Neque enim vana est laus illa :
Pater meus, & mater mea dereliquerunt
Pfal. 26. *me, Dominus autem assumpsit me.* Nonne a-
10. *mici Iob tales erant, vt eis meritò diceret :*
Iob. 16.2. *consolatores onerosi omnes vos estis? Ipsa eius*
vxor, tanquam Lycisca, ante eum stabat, &
latrabat: ipsi filij & filiae mœrore ingenti eum
affecerunt: deseruerunt eum opes; deserue-
runt vires; deniq; , velut catharma, in ster-
quilinio iacebat, Dominus autem assumpsit
Iob. 42. *eum: Et addidit omnia, quæcunq; fuerant Iob,*
10. *duplicia, & benedixit nouissimis Iob, magis;*
quàm principio eius. A fratribus desertus erat
Ioseph, sed Dominus assumpsit eum. A patre
Luc. 9.59. *desertus erat, qui dixerat: Domine permitte*
mihî primùm ire, & sepelire patrem meum. Sed
Dominus assumpsit eum inquit: Sine, vt mor-
tui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, &
annuncia regnum Dei. Neque mater potuit
fili-